



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Quare diuersimo de hor[a]e incip. c. 75.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**E**st notandum, quia cōtingit peccare tripliciter, scilicet corde, ore, & opere. Ideo tribus modis diuersis incipiuntur horę. Et matutine quidem per Domine labia mea aperies. Completorium per Conuerte nos Deus salutaris noster. Alię horę per medium, scilicet Deus in adiutorium meum intende.

**D**omine labia, dicimus contra peccata oris. Deus adiutorium, contra peccata operis. Conuerte nos Deus, contra peccata cordis. Sed quia in peccato cordis & oris est aliquid operis, ideoq; per omnes horas diei dicimus, Deus in adiutorium, & postea, Domine labia mea aperies. Et ratio est: quia sine auxilio Dei, nec corpus, nec labia ad eius laudem operari, vel aperiri possunt. Et ideo dicitur Joan. 15. Sine me nihil potestis facere: & habetur transumptiue. 26. q. 1. c. Episcopi coram.

**H**ymni qui dicuntur ad horas diei, significant laudem. Psalmi, qui similiter dicuntur ad horas, significant bonam & diuinam operationem. Antiphone significant charitatis copulam. Capitula, exhortationem boni operis, seu diuini. Responsoria significant bona opera. Versiculi significant fructus. Oratio, significat misericordiam Dei, que precedit, & subsequitur hominem in bonis operibus.

De his qui tenentur dicere horas canonicas. Cap. 76.

**E** nota q; sacerdos promotus ad sacros ordines, vel hñs beneficium ecclesiasticum, tenetur ad istas septem horas decendas, vt probatur, 97. dist. c. presbyter. & de cele. miss. c. presbyter. & ar. de apostatis. ca. 1. Et hoc verum est, nisi sint infirmi: nam tunc excusant. ar. 97. dist. ca. clericus victum. Et ex hoc patet q; non debēt immiscere horas sub vna oratione, sicut aliqui faciunt male: sed singulas dicant distincte. Debet autē clericus horas reddere in ecclesia, si pōt, iuxta dictus Psalmistę. In ecclesiis bñdicite dñm: Alias reddat vbi honeste & cōmode poterit. Debet et se pformare clerici iuxta modū & ordines dñficiandi sup ecclesie cathedralis. De conse. dist. 2. Institutio. 12. dist. de his. **O**fficium vero mortuorum pretermitti non debet: nisi dies solennis impediret: vt ext̄sa de celeb. miss. ca. quidam enim. Et est ratio, quia quicquid possidemus, ex mortuis habuimus.

**Quibus**

Tria ex sacris canonicis sunt accepta, que ligat ad diuina officia hofes, Ordo, beneficiū, & solēnis religiosi pfectio.